



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 3. Conclave Avenionense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV. A. C. 1394. regiae nullum habituri negotium, illis ac-
ceptiores erunt, quam Ecclesiastici. Scio
præterea illis haud placere Petrum Ail-
lium, eo quod hujus consilio maxime ad-
scribant molimen Universitatis. Sufficiet
proin, si mittentur Eques, ac minister a
libellis cum castrorum Præfecto Sancer-
rano, qui prope Avenionem habitat. Huic
sententiæ accesserunt omnes.

§. III.

Conclave Avenionense.

Rex Renaldo Raugensi, & Castrorum
Præfecto Bucicalto ad hoc negotium
delectis, præmisit cursorem cum litteris,
per quas orabat Cardinales, ut electio-
nem differrent suam, donec ipsius Legatis
Spicil. p. 63. præbuisissent aures. At cum advenit cur-
sor, tantum non clausum erat conclave,
quod die sabbati 26 Septembris sub ve-
sperum intraverant. Collegii Decanus
Cardinalis Florentinus erat, cui Regis
epistolam cursor tradidit. Quid ea con-
tineret, facile conjiciebant Cardinales: ac
ne preces regias spernere viderentur, sta-
tuebant omnes illam non aperire, ante-
quam elegissent Papam. Vide, quomo-
do rem aggressi fuerint!

p. 64. *Rayn. 1394.* *n. 6.* Primo, ut possent dicere, se non esse
fautores schismatis, litteras confecerunt
publicas, quarum hæc erat summa: Schis-
ma

ma nunc in Ecclesia regnans tollere bona fide conabimur; & hunc in finem futuro Papæ opem, & consilium afferemus: tantum aberit, ut illud foveamus. Hæc nostrum quivis faciet, etiam qui summum ad pontificatum evehctus fuerit: immo is abdicabit hanc dignitatem, si hoc expedire ad Ecclesiæ concordiam censuerint Cardinales. Quæ promissa juramento firmamus. Deinde his litteris sua subjungere nomina, earumque observationem jurarunt tangentes Ævangelia ad conclavis aram, ubi commune fieri sacrum solebat. Subscripsere duodeviginti; & primus quidem Guido Maloessius Episcopus Prænestinus, dictus Cardinalis Pictaviensis: decimus sextus erat Petrus Lunius. Aderant tres alii, qui tabulis chirographum non apposuere, scilicet Decanus, Acrifolius, & Hugo Martialisfanensis de S. Maria *in porticu*. Duo aberant Avenione, Jacobus Sabinensis Episcopus ex regia stirpe Arragoniæ, ac Joannes Novocastrinus Episcopus Ostiensis. Omni- no viginti tres Cardinales Clementem agnoverant Papam.

§. IV.

Petrus Lunius eligitur in Papam.

Die lunæ 28 Sept. præsentibus Cardinales Petrum Lunium concordibus co-
opta-

Sæcul. XIV.
A. C. 1394.

Vita PP.
p. 567.

Vita p. 566.